



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Brevis Vita S. Arsacii Confessoris, quem Latina Martyrologia Vrsatium vocani: ex historia Ecclesiastica Sozomen. lib. 4. cap. 15. Obijt anno Domini 358. Liberij Papæ 7. Constantij temperatoris 22.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42728**

## BREVIS VITA S. ARSACII CON-

*f. foris, quem Latina Martyrologia Vrsatum vide e. Ba-  
vocant: ex historia Ecclesiastica Sozomen. lib. xxiij. annal.  
4. cap. 15. Obijt anno Domini 358. Liberij Pa- Tom. 3.  
pe 7. Constantij Imperatoris 22.*

**C**IVITAS (Nicomedia) tam exiguo tem-  
poris momento, terræmotu concussa est,  
vt qui cuperent aliò confugere, nõ pos-  
sent: sed prima periculi aggressione, quo quis-  
que stetit loco, in eo magna ex parte aut serua-  
tus est, aut periit. Est præterea multis in ore, Ar-  
sacium hanc antè vidisse calamitatem, quàm  
acciderit. Qui genere Persa fuit, & ex milite, *Patria eius.*  
qui Imperatoris leones nutrebat, insignis cõ-  
fessor, regnante Licinio, factus, relictaq; mili-  
tia, in arce Nicomediæ, intra murum, monasti-  
cam exercens disciplinam, habitauit. Quo in  
loco diuina visio ei oblata, iussit ex vrbe egre-  
di, quò vitaret cladem, quæ esset eam postea oc-  
cupatura. Maturè igitur ad Ecclesiam profe-  
ctus, dat mandatum Clericis, vt supplices Deo *Admonet  
dininita,  
de terramò-  
ta futuro.*  
preces sedulo exhibeant, quò imminentem ci-  
uitati cladem orationibus auertant. Vbi autem  
frustrà eis persuadere conatus est & ludibrio  
habitus, simul vt calamitatè eos nec opinantes  
oppressuram præsignificauerat, ad arcem re-  
uertitur, & humi faciem proiectus, Deum pre-  
catus est.

Interea temporis, vrbe terræmotu concussa,  
complures obruti perierunt; qui autem super-  
erant, in agros & solitudinem profugerunt. Si-  
quidem velut in ciuitate opulenta & ampla,

Hh 3 singu-



singulis in ædibus ignis accensus fuit; in fociis, furnis, & caminis balneorum, & eorum qui eas exercent artes, quibus igni opus sit; adeo ut tectis ædium terræ motu disturbatis, flammæ eorum materiam occuparet, lignisque aridis, ut est verisimile, admixtis, & rebus oleo & pinguedine perfusis, quæ facillè incendi solent, affatim nutrita cresceret: atque in omnes partes serpens, ac tandem velut in vnum confluens, efficeret, ut tota vrbs instar vnius (penè dixerim) rogi videretur. Et quoniam in hac clade ad ædes accedi non posset, qui incolumes ex terræ motu euaserant, ad arcem procurerunt. Arsacius autem in turri, quæ steterat inconcussa, pronus decumbens, sicut se, cum orare cepisset, extenderat, mortuus repertus est. Fama verò est, eum à Deo precibus contendisse, ut antè cladem mortem oppeteret; morique maluisse, quam calamitatem oculis cernere vrbs illius, in qua primùm Christum cognouerat, & Ecclesiastica disciplina imbutus fuerat.

*Terribile  
incendium.*

*Obitus S.  
Arsacij.*

*Dæmones ex  
ab eis fugat  
corporibus.*

Sed quoniam ad hunc virum nostra delapsa est oratio, intelligendum est, eum præ amore, quo Deus illum complexus est, potuisse dæmones abigere, & homines iisdem agitados purgare. Nam cum quidam vexatus dæmonio, per forum gladio stricto curreret, omnesque in effusam conuerteret, & tumultus urbem occuparet, Arsacius factus illi obuiam, Christum nominauit, verbo hominem deiecit, cum ex templo dæmone purgauit, & ad sanam mentem reduxit. Edita sunt etiam ab illo alia multa opera, quæ supra humanam facultatem ar-

tem-



emque putanda sunt; quorum hoc vnum fuit; Erat fortè Draco , vel aliud serpentis genus, quod viatores ill ac iter habètes antè flatu suo peremit, quàm oculis eorum cerneretur; nam in quodam specu propter viam obtulit. At què locum accedens Arfacius, oravit; serpens autè sua sponte egreditur è specu, & capite bis ad terram alliso, se ipse interfecit. Atque ista cõmemorârunt hi, qui dicebant se ab illis audivisse, qui ipsum Arfacium oculis aspexissent.

*Draconem hominibus infestum interfecit.*

VITA S. ROCHI, CONFESSORIS

*Vide Not. C. Baronij in Martyrol. Rom*

*eximij. Excessit è corpore Anno Salutis 1327.*

*16. Aug.*

**S** Rochus cõfessor Christi gloriosus, Narbonèsi oppido Mòtis Pessulani oriùdus, patre Ioanne, matre, verò Libera, illustribus oppidi illius dominis, rubra cruce insignitus, in lucem prodijisse fertur. Is duodecimo ætatis suæ anno parentibus orbatu, incredibili seueritate bellum suo corpori indixit: & patria, & amicis relictis, cunctisq; possessionibus ac facultatibus sanè amplissimis pauperibus distributis, ac postremò oppidis paternis, vnà cum principatu, patruo cõmissis, breui & abiecta indutus veste, cum pileo & perâ, peregrininstâr, ex Gallia in Italiam commigravit. Itaque cum Romam animo proposuisset, antè quã eò perueniret, Aquampendètem ingressus ciuitatem, Vincentio Nosodochij magistro se iunxit; vbi cunctos pestilenti contagione ad mortem, infectos, signo Crucis (haud finè ingenti omniù admiratione) integra & perfectâ sanitate donauit. Indè alias Italix ciuitates &

*Clarinales.*

*Peregrinatus.*

*Seruit in Nosodochio, & sanat omnes peste laborantes signo Crucis.*